i *bit locum diſpoſitio §.ex imperfecto? Reſpon. quod non. Ita tenet Spec. de inſtru. editio. §. compendioſè, poſt n.32.verſic. quid ſi filius. & ita communiter concluditur, vt dicit Alex. in d.§.ex imperfecto n.7. Hanc etiam opin. dicit eſſe cõmunem Boer. in d.deciſ.240.in fin.verbis. Natta in d. §. ex imperfecto, nu. 227. & dicit Riminal. in d. §.ex imperfecto n.1. quod ita tenent communiter Doctores. Quod enim contra communes regulas ſtatutum eſt, non debet trahi in conſequentiam. Et hæc opin. propter auctoritatem tenenda eſſet in practica. licet fortè in puncto iuris contraria ſit verior.*

Vaſq. d.tract. de ſucceſſ. creat.§.21.limit.7. nu.61. & de ſucceſſ.reſol.§.1.nu.45. Graſſus d. §.Teſtamẽtum, q.15. nu.6. Gail.d.li.2.obſ.112.nu 26. Rodericus Soarez in l. quoniam in prioribus 32. in vltim. ampliat.C.de inoffic.teſt. Piſ. di.li.1.c.7.n.41. Hart. Piſtor. d. q.1. n.18. & Sichardus in d.l.hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, n.5. C.de teſt. *Harp.*

i *Quod non.*] Adde pro hac opinione Rod. Soar. in rep. l.quoniam in priorib.C.de inoffi.teſt. ampl. vlt. n.6. contrariam tamẽ ſententiam Curt. Iun. in §. ex imperfecto.nu.4. & nouiſſimè Berenge. Fern. in repet. l. in quartã. ff.ad l.Falcid.c.1.nu.47. *Gou.*

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Ex teſtamento imperfecto inter liberos ſucceditur tanquam ex teſtamunto, non autem tanquam ab inteſtato.*

Ex Additionibus.

1 *Quomodo ex teſtamento imperfecto inter liberos ſuccedatur.*
2 *In iſto teſtamento pater pupillariter ſubſtituere, tutoremque conſtituere poteſt.*

QVÆSTIO XIII.

R*Eſtat nunc videre circa hanc materiam teſtamenti inter liberos conditi, nunquid ex huiuſmodi te-*
1 *ſtamento imperfecto inter liberos dicatur ſuccedi tanquam ex teſtamẽto, non autẽ tanquã ab inteſtato? Vtilitas autẽ eſt maxima: quia ſi valet, vt teſtamentũ, ſuſtinebitur ſubſtitutio pupillaris, itẽ exhæredatio, itẽ datio tutoris, quæ omnia fieri nõ poſsũt in codicillis, & ideò nõ poſsũt ſuſtineri, vbi nõ valeret niſi ab inteſtato, & ſic in vim codicilli? Reſp. quod dici-*
a *tur* [a] *ſuccedi ex teſtamento, nõ autem ab inteſtato. Ita tenet gloſ. in l.filij.in verb. ab inteſt. C.famil. herciſc. & ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Corn. in d. §.ex imperfecto. nu.12. in fin. Bertrand. conſil. 141. num.5. lib.3. in 2. parte. Hanc etiam opin. dicit eſſe cõmunẽ Iaſ. in d. §. ex imperfecto.nu.221. Satis enim dicitur teſtamentum, ex quo lex illud approbat pro teſtamẽto, ſupplendo defectus ſolemnitatum, & vult ex eo ſuccedi.*

ADDITIONES.

a D*Icitur ſuccedi ex teſtamento, non autem ab inteſtato.*] Quod
1 † in omnibus illis caſibus, quibus minus ſolemnis patris diſpoſitio inter liberos vim teſtamenti habere dicitur, non ab inteſtato, ſed magis ex ipſo teſtamento ſuccedatur: atque omnia, quæ de ſolemni teſtamento diſpoſita reperiuntur, etiam hoc in teſtamento locum
2 ſibi vindicent; ita † vt in eo pater pupillariter ſubſtituere, & exhæredare, itemque tutorem conſtituere poſſit, tenent poſt Clarum noſtrum, & ab eo allegatos, Alex. in l.hac conſultiſſima 21 §. ex imperfecto, nu.2.C.de teſt. Decius conſ.610.nu.3. Emanuel à Coſta in l. Gallus, 29.§.& quid, ſi tãtũ, 5.nu.41.par.1. ff.de liber.& poſthum. hæredib. inſtitut. Fernand. Vaſq. in tractat.de ſucceſſ.creat.§.21.nu.47.cũ ſeq. Lud. Zũthus in reſponſ. pro vxore.nu.48. Mich. Graſſ.lib.1.recept.ſent.§.teſtamentum, quæſt.11.numero 2. Hartma. Piſtoris libro 1. numero 22. & Thadæus Piſo libro primo, variarũ reſolut. cap. 7. num. 21. *Harprec.*

QVAESTIO XIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Schedula à patre ſcripta continent eius vltimam voluntatem, valet inter liberos in vim teſtamenti.*
2 *Et an requiratur, quod in ea appoſita ſit dies.*
3 *Et an debeat eſſe in omnibus per extenſum ſcripta abſque aliqua abbreuiatione.*
4 *Et quid ſi tantummodò ſit ab ipſo patre ſubſcripta, non autem eius manu in totum ſcripta.*
5 *Et quid ſi non ſit eius manu ſcripta, ſed tantum reperta in eius arca.*
6 *Et quid ſi non ſit ſcripta, neque ſubſcripta à patre, ſed tantum ab ipſis filijs.*
7 *Et quid ſi reperiatur ſchedula teſtamenti in lib. Notarij.*
8 *Et quid ſi filij non ſint in ipſa ſchedula æqualiter inſtituti.*
9 *Et an hæc concluſio locum habeat etiam in ſchedula confecta in fauorem piæ cauſæ.*

Ex Additionibus.

1 *Parentis ſchedula, manu ipſius conſcripta, valet inter liberos in vim teſtamenti.*
2 *Sententia l.vlt.C. famil. erciſcund.*
3 *Voluntas patris inter liberos ex imperfecto teſtamento generaliter ſuſtinetur.*
4 *Explicatio Nouell. 107. cap.1.*
5 *Filij ſemper obſeruare debent voluntatem parentum.*
6 *In teſtamentis, & codicillis, & nuda voluntate, quot requirantur teſtes.*
7 *Teſtamentum vnde deriuetur.*
8 *Mens teſtatoris in teſtamentis dominatur.*
9 *Scriptura priuata regulariter non requirit diei deſignationem.*
10 *Aliud in ſcheda, ſiue teſtamento inter liberos condito obtinet.*
11 *Notæ quatenus in teſtamentis tolerentur.*
12 *An teſtamentum à patre ſaltem ſubſcriptum, inter liberos valeat.*
13 *Nunquid ſchedula in arca patris reperta, non tamen eius manu ſcripta, in vim teſtamenti valeat remiſſiuè.*
14 *Et quid ſi ſchedula iſta ab ipſis filijs ſit ſubſcripta.*
15 *Et quid ſi ſchedula teſtamenti reperiatur in libro Notarij.*
16 *An, & quatenus pater liberos ſuos ex inæqualibus partibus hæredes ſcribere poſſit, variæ opiniones.*
17 *Prima opinio.*
18 *Secunda opinio.*
19 *Tertia opinio.*
20 *Confirmatio huius poſterioris opinionis.*
21 *Conſideratio l.filij 16. & d.l.vlt. C. famil. erciſc.*
22 *Quatenus parenti permiſſa ſit illibata diuiſio inter liberos.*
23 *Interpretatio d.l.vlt. in princ. C. famil. erciſc.*
24 *An, & quatenus æqualitas inter liberos ſeruanda.*

ADDI-

QVÆSTIO XIV.

H*Abemus etiã in hac materia teſtamẽti inter liberos conditi aliam conſtitutionem mirabilẽ, quæ eſt poſita in Authen. quod ſine. C.de teſt. per quam diſponitur, quod*
1 *ſi reperiatur* [a] *ſchedula ſcripta*
a *manu teſtatoris, in qua cõtineatur eius diſpoſitio inter liberos*
b *talis* [b] *ſchedula valet, & illi ſtandum eſt, etiam, quod in ea conficienda non interuenerint aliqui teſtes, neq; vlli ipſi ſchedulæ ſe ſubſcripſerint. Et ita ſe habet magis communis opin. vt atteſtatur Alex. conſ. 105. in fi. lib.7. quem refert Io. Dilect. de arte teſtandi. tit.2. cau. 2. in fin. & aduerte circa intelligentiam terminorũ; quia Aut pater teſtando inter liberos ſiue in ſcriptis, ſiue per nuncupationem adhibuit teſtes, & tunc, etiamſi non fuerit adhibitus numerus ſeptem teſtium, vel etiã deficiant aliquæ aliæ ſolemnitates à iure requiſitæ, ſuſtinetur nihilominus teſtamentũ ex diſpoſitione d.§.ex imperfecto dummodo de eo deponant ſaltem duo teſtes, etiam feminæ,*
c *etiã non* [c] *rogatæ, vt dixi ſup. q.8. verſ. Hinc infertur, & ſeq.*
d *Aut vero* [d] *pater aliquos teſtes non adhibuit, ſed tantũ volũtatẽ ſuã in ſcriptis exaratã reliquit, vel in arca, vel apud Notariũ, vel aliquẽ aliũ nõ ſuſpectũ, & hoc caſu habet locũ diſpoſitio d. Auth. quod ſine. ſcil. vt talis ſchedula valeat, & illi ſtandum ſit, licet careat ſolemnitatibus requiſitis, dummodo appareat, quod ſit ſcripta manu ipſiuſmet teſtatoris.*
2 *Sed nunquid requiritur, quod*
e *in huiuſmodi* [e] *ſchedula appoſita ſit dies, qua confecta eſt? Reſp. quod ſic. Ita tenet Bal. in d. Auth. quod ſine, n.4. & eſt cõmun. opi. vt dixit Natta in repet. d. Auth. quod ſine, n.30. & ſeq. Lex enim requirit tempus in illa apponi, vt in d. Authen. quod ſine. Debet ergo apponi formaliter, & ſpecifice, vt ſi aliqua ſuſpicio falſitatis ſubeſſet, facile deprehendi poſſit. Et hanc concluſionem nota pro limitatione eorũ, quæ dixi infra li.7.§. ſcriptura. quod ſcil. regulariter in priuata ſcriptura nõ requiritur dies, neque annus.*

ADDITIONES.

a S*I reperiatur ſchedula.*] Adde, quæ in hac ſchedula ſolennitatis requirãtur, Cæph. conſ.277.n.15.16.17.18.vol.3. *Gou.*

b *Talis ſchedula valet, &c.*] Parentis † ſchedulam, manu ip-
1 ſius conſcriptam, abſq; vllis teſtib. inter liberos validi teſtamenti loco ſubſiſtere (contra Salicetũ in l. hac conſultiſſima, 21.§. ex imperfecto. C.de teſt. Alexand. conſ.76. n.12. li.3. & Cuiacium in ſuis cõſultationib. cõſultat. 1. & Nouell.107.) tenent Doc. communiter, Bar. in l.ſi is, qui teſtamentum 25. n.4. ff. qui teſt. fac. poſſ. Bal. Corneus, Fulgoſ. Caſtrẽſ. Natta, Iaſon, & Sichardus in Auth. quod ſine. C. de teſt. Guil. Benedict. in ca. Rainutius, 16. in verb. teſtamentum, n.85. de teſt. Menoc. li 4. præſumpt.7. n.5. Graſſus lib.2. recept. ſent.§. teſtamentum, q.16 n.2. Gail. li.2. obſ.112.n.7. Hartman. Piſtor. li.1.q.1. n.4. Reuſnerus in tract. de teſtam par.4.c.3.n.18. Fachineus lib. 4. controuerſ. iur.ca.1. Elbertus Leoninus conſ. 8.n 4. Speckhã. cent 1.q.48. Thadeus Piſo lib.1.var. reſolut c.7.n.7. Barbat. conſil. 58. lib.4. Boerius deciſ. 240. Arumæus Exercitat. Iuſtin.7. th.12. & Gilkenius in d.l. hac conſultiſſima, 21.§.ex imperfecto. nu. 15. C.de teſtam. Hæcq; receptiſſi-
2 ma † opinio nititur primũ textu in l.vlt.C. fami. erciſcund. vbi Conſtantinus Imperator ſanciuit, quod quælibet diſpoſitio patris de hæreditate ſua valeat inter liberos, etiamſi ſolennitate legum huiuſmodi diſpoſitio fuerit deſtituta: Quæ poſteriora verba omnem ſolennitatem, & conſequenter etiam teſtium adhibendorum, complectuntur. Accedit deinde textus in d.l. hac conſultiſſima 21.§ ex imperfecto 1.C.de teſt. vbi Impp. Theodoſius, &
3 Valent. generaliter conſtituerunt, ex † imperfecto teſtamento
4 valere voluntatem patris inter ſolos liberos. Præterea † probatur hæc ſententia per Nouell.107.c.1. vbi Iuſtinianus; Volumus, inquit, vt ſi quis litteras ſciens, inter ſuos filios voluerit facere diſpoſitionem, primum quidem eius ſubſcriptione tempus declaret: deinde quoq; filiorum nomine propria manu: ad hoc uncias, in quib. ſcripſit eos hæredes, &c. Et paulo poſt: Si tamen aut uxori, aut extraneis perſonis aliquibus uoluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & hæc propria ſcripta manu, dictaq; a teſtatoribus coram teſtibus, quoniam omnia conſequenter in diſpoſitione poſita ipſi, & ſcripſerunt, & uolunt ualere, ſint firma, &c. Quibus ex uerbis intelligere promptum eſt, Iuſtinianum Imp. illud uelle, ut teſtamentum inter liberos conſcriptum abſq; teſtium adminiculo, ſeruandum ſit, ſi modo pater formam præſcriptam obſeruauerit: niſi aliquid uxori, uel extraneis legauerit: tunc enim teſtes adhibendi ſint. Hanc deniq; concluſionem manifeſta confirmat
5 ratio: tum quia æquitati conſentaneum eſt, ut † filij obſeruent parentum uoluntatem, tametſi omni ſolemnitate careat: cum ipſa ueritas ſola inter eos ſpectari debeat. Tum quia fruſtra hic requiritur teſtium præſentia; cum talem fuiſſe parentum diſpoſitionem, ſatis conſtet, docente Menochio d.lib.4. præſumpt.7. numer.5. ad finem.
6 Huic deciſioni non aduerſatur, quòd † nec codicillus, nec teſtamentum dici poſſit ea voluntas, cui deſint teſtes: cum in teſtamentis exigantur ſeptem teſtes, in codicillis quinque. d.l.hac conſultiſſima.21.in princ.l.cum antiquitas.28.§.vlt.l.noſtram.30.C.de teſt.l.vlt.C.de codicill.& in teſtamento ruſticorũ quinque. l.fin. C. de teſt. & in nuda voluntate tres teſtes requirantur, l.ſancimus, 27.C.eod. tit. Etſi enim iſta voluntas parentis inter liberos teſtibus deſtituta non habent formã ſolemnis teſtamenti, aut codicillorum: valet tamen, & ſuſtinetur, vt teſtamentum imperfectum ſeu minus ſolemne, & qualiſcunque ordinatio bonorum patris inter liberos: ac proinde ex illo non ab inteſtato, ſed ex teſtamento ſucceditur, non ſecus, atque ex alio ſolemni, & omnibus numeris abſoluto teſtamento. Satis etenim dicitur teſtamentum, ex quo lex illud approbat pro teſtamento, ſupplẽdo defectus ſolemnitatum, vt loquitur Clarus noſter in quæſtione præcedente, circa finem, & Thadeus Piſo d.lib.1.var.reſol.c.7.n.21.
7 Non item refragatur, quod † ea voluntas, quæ teſtibus nullis munita eſt, teſtamentum dici non poſſit: cum nominis teſtamenti ſubſtantia à teſtibus deduci videatur. Etenim teſtamentum non tam à teſtibus, quam a teſtatione, id eſt, declaratione mentis deriuatur. Mens ſiqui-
8 dem † teſtatoris præcipue in teſtamentis dominatur: & ex voluntate teſtatoris omnia pendent, quæ in teſtamento diſpoſita ſunt. l.in conditionibus, 19. in princ. ff. de conditionib. & dem. & expoſitum ſupra ad q.1.nu.1.& 2. *Harprec.*

c *Non rogatæ.*] Adde, quod teſtes eſſe adhibitos & conuocatos ſatis eſt probare dato, quod haud conſtet eos eſſe rogatos commune Alex. in l.ſciendum nu.41.ff.de verb. obligat. qui tamen nu.43. dicit magis communem eſſe, quod haud præſumantur rogati. Adde communem etiam, atq; vide per Diaz regul. 751. vbi retulit Iaſ. quadrupliciter limitantem, in d.l.ſciendum. Et regulam, quod teſtes in teſtamento debeant, eſſe rogati cum tribus fallen. vide per Soc. in reg. 505. Et no. quod teſtis rogatus à teſtatore, ex quo eius fides fuit approbata, quod haud poteſt amplius reprobari. Ita per Alex. in conſil. 54. in fin. vol.3. *Giach.*

d *Aut vero.*] Adde, & vide per Rim. in conſ.439.n.13. vbi fuſius. *Giach.*

e *In huiuſmodi ſchedula appoſita ſit dies.*] Etſi † ſcriptura
9 priuata ad ſui firmitatem regulariter non requirit diei deſignationem, l.cum tabernam.34.§.1.ff.de pignoribus, & hypothec.
10 tamen † in ſchedula, ſiue teſtamento inter liberos à parente condito non ſolum anni, ſed etiam diei mentio neceſſario facienda eſt, d.Nouell. 107.cap.1.& dict. Authent. quod ſine C.de teſtam. Ratio illa aſſignari poteſt: quod ſi diuerſæ ſchedulæ deprehenderentur, ſciri non poſſit, quæ ſcheda vltimo exarata fuiſſet, ſi forte vna cum alia pugnaret, cum nouiſſima ſcriptura præualere ſoleat, l.ſi quis in princip. 22. ff. de legat.3. Gilkenius, num.2.& Sichardus num.5. in dict. Authent. quod ſine. C.

de

de teſt. Thad. Piſo d. lib. 1. var. reſolut. c. 7 nu. 11. *Harprec.*

f *Pater omnia extēſe ſcri-* 11 *pſerit.*] Quamuis † notæ in aliorũ teſtamētis nō repudientur, l. Lucius Titius 40. in prin ff de teſt. militis, l. quotiens, §. ſed & ſi quis, ff. de hæred. inſtit. in teſtō tamen inter liberos requiritur, vt vnciæ, ſiue sũma pecuniæ non per numeros, qui facilè mutari poſſent, ſed per conueniētem litterarũ ſeriẽ exprimatur. Idq; fuſius explicāt Piſo d. c. 7. nu. 11. cũ ſeq. Lud. Zunthus conſ pro vxore n. 52. & ſeq. Graſſus d § teſt. q 16 n 3. Gilkenius n. 1. & Sichard. nu. 4. in d. Auth. quod ſine, C. de teſtam. *Harprec.*

g *Schedula nō ſit à patre,* 12 *ſed ab alio ſcripta.*] Si † teſtamentum non ab ipſo patre, ſed ab alio conſcriptũ ſit, à patre tamen ſpecialiter ſubſcriptum, adhuc inter liberos vigorẽ ſuũ obtinet arg. Nouell. 18. c. 7. & inde desũptæ Auth. ſi modo C. familię erciſcũd. eo quod paria ſunt, manu propria ſcribere teſtamẽtum, vel ei manu alterius ſcripto ſub ſcribere, argu. principij, verſ. in ijs aũt, &c. Inſtit. de empt. & vẽdit. l. ſicut 8. §. non videtur 15. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluit. l. 1. §. 1. ibi, ſub ſcriptionem, ff. de conſtit. prin. l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. Chryſogonus, ibiq; Iaſ. ff. de verb. oblig. Atq; ita, poſt Clarũ, alioſque ab his relatos, ſentiũt And. Gail. d. li. 2. obſ. 112. nu. 8. Menoc. d. li. 4. præſumpt. 7 n. 6. Graſſus d. q. 16. n. 5 Piſo d. c. 7. n. 9. 10. Hartm. Piſtoris d. q. 1. n. 7. & Nicol. Reuſner d. tract. de teſt. par. 4. c. 4. nu. 14. Tametſi aliud placeat Gilkenio in d l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto, n 19. C. de teſtam. & Meyrero in trac. de teſtamentar. ſucceſſionib. li. 1. tit. 15. n. 10. & ſeqq. *Harprec.*

h *Subſcribens cēſetur virtualiter ſcribere.*] De iſta cōi, in mādate ſcribi, vide per Villalob. in reg. 138. atq; per Crau. in conſ. 73. Et an ſcriptura manu propria ſcripta dicatur, quando de mandato debitoris ſcripta reperiatur, vide per Dec. in c. quoniã contra. de probatio. atque per

Sed quia tex. in d. Aut. quod ſine. dicit non ſignis, ſed litterarum conſequentia, quæro, vtrũ de neceſſitate requiratur, quod
3 f *in huiuſmodi ſchedula pater* f *omnia extenſe ſcripſerit, abſq; vllis imbreuiaturis, etiam vſitatis? Reſp. quod ſic. Ita dicit Bart. in l. quoties §. 1. nu. 4. ff. de hæred. inſt. & eſt communis ſẽtentia, vt ait Natta, in repet. d. Auth. quod ſine. nu. 38. Quæ tamen intelligenda eſt, vt procedat circa numerum unciarũ, vel ſummam aliquam pecuniæ, ſignis Arithmeticis exprimendam, in quibus de facili poteſt falſitas committi; ſed in reliqua diſpoſitione credo, quod ſufficiat illam eſſe ſcriptam eo modo, quo ceteræ ſcripturæ cōmuniter conſcribi ſolent. Et hic fuit ſenſus Imp. vt apparet in corpore, vnde Authentica ipſa ſumpta eſt.*

4 g *Quæro, quid ſi d. ſchedula non* g *ſit à patre, ſed ab alio ſcripta, ſit tamen ab ipſo patre ſubſcripta, nunquid hoc ſufficiet? Reſpondeo, quod ſic. Nam ſubſcribens* h *cenſetur virtualiter ſcribere omnia contenta in ſcriptura, quam ſua ſubſcriptioae confirmat. Ita tenet Paul. de Caſtro, conſil. 93. poſt nu. 2. lib. 1. & eſt communis ſententia, vt dicit Natta in d. Authent. quod ſine, nu. 44. & ſeq. Quam ego etiam ſequor, modo in ſubſcriptione fiat mentio, quod ſit teſtamentum. Licet enim regulariter ſola ſubſcriptio generalis ſufficiat, quiquid dixerit Bar. in leg. diuus. §. itẽ ſenatus, nu. 2. ff. de falſis. contra quem eſt communis opinio, vt dixi infra lib. 7. §. ſcriptura, tamen vbi lex pro forma requirit quod aliquis manu propria ſcribat; ſemper mihi placuit opinio Bart. quod ſcilicet requiratur ſpecialis ſubſcriptio, quia alias de facili ſupponendo vnã ſcripturam pro alia poſſet falſitas fieri, quam præcipuè in hac teſtamẽtorum materia lex habet valde ſuſpectam. Et ita teneas, niſi ſchedula ipſa aliquo alio argumento, quam tali ſubſcriptione, confirmata eſſet.*

5 i *Item quæro; Pone, quod* i *reperiatur in arca patris ſchedula continens diuiſionem bonorum inter filios, quæ tamen non ſit ſcripta, neque ſubſcripta manu ipſius teſtatoris: nunquid talis ſchedula inter ipſos liberos valebit, ita vt ab eis ſeruanda ſit? Reſp. quod non. Eſſet enim nimis aperta hoc modo via fraudibus. Et ita communiter concluditur, vt ait Iaſ. in d. Auth. quod ſine, poſt num. 1. Guil. de Bened. in 1. parte repet. cap. Raynut. folio 156. poſt numerum 87.*

6 K *Sed pone, quod ſchedula ipſa non ſi à patre ſcripta, nec ſubſcripta, ſed tamen ſit* K *ſubſcripta ab ipſis filijs, nunquid valebit? Reſpondeo quod ſic. Et ita concludunt communiter Doctor. vt dicit Natta in d. Auth. quod ſine, num. 51. Intelligo, quod volet non vt teſtamentum, ex diſpoſitione ipſius Authent. quod ſine, ſed vt contractus, ex conuentione ipſorum filiorum: quod nota, quia eſt magni effectus, vt dixi ſupra quæſt. proxima.*

7 l *Præterea quæro, ſi* l *reperiatur in lib. Notarij ſchedula teſtamenti, non tamen in ipſa ſchedula ſit ſcriptum, quod fuerit tale teſtamẽtum lectum coram teſtibus, nunquid valebit inter liberos? Reſp. Bart. in l. fideicommiſſa, §. quoties, num. 1. ff. de legat. 3. loquendo per verbum forte, tenuit, quod ſic. Contrarium tenuit Bald. in dict. Authen. quod ſine, num. 1. etiam in fortioribus terminis, quando ſcilicet in ſchedula reperiuntur deſcripta nomina teſtium. Et opinio Baldi communiter tenetur, vt dicit Natta in dict. Authent. quod ſine, nu. 3. Cum enim lex requirat manum propriam ipſius patris, aliena ſufficere non debet.*

Sed quæro, nunquid diſpoſitio d. Authent. quod ſine. ha-
8 m *beat locum, etiam ſi filij* m *in ipſa ſchedula non ſint æqualiter inſtituti? Reſpond. quod ſic. Et ita dicunt commun. Doctores, vt dicit Socin. Iun. conſil. 189. numer. 87. libro ſecundo, & conſil. 24. poſt numerum 9. libro tertio. Intellige, modo ſit modica diſparitas, alias ſecus.*

9 *Vlterius quæro, nunquid diſpoſitio Authent. quod ſine. extendatur etiam, vt locum habeat in fauore*

Iac. de S. Georg. Auth. ſi quis in aliquo, col. pen. de eden. Alex ad Bar in l ſeruus, §. ſenat. ff. de fal. per Marſi. in ſing. 471. & per Nat conſ 287. n. 4. & Cæph. cōſ. 272. n 85. Itē quod ſubſcribēs dicatur ſubſcribere, atq; cōſenſũ præbere his, quæ in ſcriptura cōtinentur, vide per Nat. in conſ. 651. in 2. dub. atq; per Affl. deciſ. 361. in 2. dub. Angel. de Are. Inſtit. de empt. atq; vend. nu. 2. Et ſubſcribens haud poſſit talem ſcripturã impugnare, niſi doceat ſe fuiſſe deceptum, aut ſubductũ ad ita ſubſcribendũ: vide Crau. in d. conſ. 73. poſt n. 40. Et regulam, quod ſubſcribēs approbare, & ſe obligare cenſeatur, cum trib. fallē. vide per Soc. ſub reg. 477. & aliam conſimilem cum vna ampliatione atq; ſex Fall. p eũdē reg. 439. *Gou.*

i *Reperiatur in arca* 13 *patris ſchedula.*] Quod † ſchedula, in arca patris reperta, cōtinens voluntatē patris, nec tamen eius manu ſcripta, vel ſubſcripta, nullas prorſus vires habeat, tenet etiam Michael Graſſus d. §. teſtamentum q. 16. nu. 9. *Harprec.*

K *Sit ſubſcripta ab ipſis* 14 *filijs.*] Si reperiatur † ſchedula, quæ à parēte nec ſcripta, neq; ſubſcripta ſit, dũ tamen à filijs ſit ſubſcripta, omnino valet, non quidem vt teſtamentum, ſed vt contractus ex conuentione ipſorum filiorum: & ideo etiamſi talis diſpoſitio careat ſolemnitate dictæ Auth. quod ſine, C. de teſt. vtputa anni, vel diei; nihilominus tamen tenet, & ſubſiſtit, per notata Thadei Piſonis d. lib. 1. var reſolut. c. 7 n 45. Graſſi d. 19 nu. 4. & Ludouici Zunthi d. conſ. pro vxore nu. 53. & ſeq. *Harprec.*

l *Si reperiatur in libro Notarij ſchedula teſta-* 15 *menti.*] Quod † ſchedula teſtamenti, in libro Notarij reperta, quæ nec ſcripta, neque ſubſcripta ſit à teſtatore, neque etiam in ea ſit ſcriptum, talem ſchedulam lectam fuiſſe corã teſtibus, inter liberos non ſuſtineatur, tenet quoque Thadeus Piſo d. c. 7. nu. 9. *Harprec.*

m *Etiamſi filij in ipſa ſchedula nō ſint æqualiter inſtituti.*] Circa hanc quæ-

16 ſtionem (qua controuertitur, an † pater iure ſingulari teſtando, liberos ſuos ex diſparibus partibus hæredes ſcribere poſſit) tres diuerſæ Doctorum occurrunt opiniones. Sunt enim,
17 † qui autumant, non aliter patrem inter liberos, prætermiſſis ſolemnitatibus, teſtari poſſe, quam ſi æqualitatem inter liberos ſeruet, Romanos conſ. 179. incip. ampliſſime Doctor. num. 16. & conſ. 385. num. 5. allegans Speculatorem in tit. de inſtrum. edit. §. compendioſe, verſic. quid ſi pater. num. 19. Barbat. conſ. 32. ſcribitur præclare. num. 6. vol. 1. Decius conſ. 195. incip. & pro tenui num. 6. Crot. conſ. 121. num. 22. Marian. Socinus conſ. 147. num. 22. vol. 2. Tiraquell. de iure primige-
18 nior. quæſt. 4. num. 4. & alij ab his citati. Rurſus † non deſunt, qui deſtruunt, teſtamentum paternum inter liberos ſubſiſtere, ſi pater non magnam & iniurioſam, ſed paruam ſiue modicam inæqualitatem inter liberos obſeruauerit. Curtius Iunior, & Iaſon in d. l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, num. 2. C. de teſtam. Couarru. in c. Raynutius. 16. §. 1. num. 3. de teſt. Anton. Gabriel. concluſ. 6. num. 5. Meyrer. in tract. de teſtamentar. ſucceſſionib. lib. 1. tit. 14. num. 10. & 25. cum ſeqq. vbi plures allegat. Et hanc opinionem ſequitur hic Clarus noſter
19 num. 8. in fine. Denique † plures exiſtimant: patrem iure ſingulari teſtando, liberos ſuos ex diſparib. portionibus hæredes inſtituere poſſe, ſiue diſparitas illa, & inæqualitas parua fuerit, ſiue magna. Baldus in l. filij 16. num. 5. C. famil. erciſc. Salicetus ibidem num. 4. Paulus de Caſtro, Corneus, & Riminald. in d. l. 21. §. ex imperfecto, C. de teſtam. Alex. conſ. 146. viſo themate. n. 15. vol. 2. Boerius deciſ. 240. nu. 10. Marianus Socin. ſibi contrarius conſ. 24. vol. 3. & 189. num. 87. vol. 2. Guilielmi. Benedict. in d. c. Rainutius in verb. teſtamentum, 1. nu. 72. de teſtam. Natta conſ. 622. non ambigitur, vol. 3. Vaſquius in tract. de ſucceſſion. creat. lib. 3. §. 21. num. 67. Gail. d. lib. 2. obſeruat. 112. num. 23. Franciſc. Mantic. de coniectur. vlt. voluntat. lib. 6. tit. 2. nu. 12. Graſſus d. §. Teſtamentum, q. 11. nu. 8. Hartm. Piſtor. prædicta q. 1. nu. 11. D. Collega Bocer. claſſ. 3. diſp. 2. th. 70. edi. 2. Fachineus lib. 4. controuerſ. iur. c. 2. Gilkenius in d. l. 21. §. ex imperfecto nu. 24. cum ſeq. C. de teſt. Reuſner. in tract. de teſtam. part. 4. c. 5. num. 3. cum ſeqq. & Thadeus Piſo lib. 1. var. reſolut. c. 7. num. 26. & ſeq. Atque ſecundum hanc vti receptiorem, ita & veriorem ſententiam conſuluit Collegium inclytum Facultatis iuridicæ Tubingenſis, 25. Ianuar. Anno
20 1613. Comprobatur hæc concluſio primum † textu d. l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, 1. C. de teſtam. vbi generaliter dicitur, ex imperfecto teſtamento voluntatem inter liberos valere: nec diſtinguitur, vtrum æqualiter, vel inæqualiter hæredes inſtituti fuerint. Ergo nec nos diſtinguere debemus, l. 3. in fin. ff. de offic. præſid. l. 1. §. 4. ff. de offic. præfect. vrbi. l.
21 de precio. 8. ff. de public. in rem act. Secondo † confirmatur iſthæc opinio argumento dictæ l. filij 16. & d. l. fin. C. famil. erciſc. vbi reſcribitur, ſeruato ſenatuſconſulti auxilio, defuncti voluntatem inter liberos cuſtodiendam eſſe. Si locus ſenatuſconſulti, ſcilicet Trebelliani, auxilio eſſe debet: vtique fieri poteſt, vt alter filiorum onere fideicommiſſi prægrauetur, ac proinde quartam ex Trebelliano deducere poſſit: ex quo maximam oriri inæqualitatem poſſe nemo non intelligit. Tertio
22 hanc deciſionem corroborat textus † in l. parentibus, 8. C. de inoſſicioſo teſtam. l. ſi filia. 20. §. ſi pater. 32. & l. ex parte, 39. ff. familiæ erciſc. l. quoties. 10. & l. ſi cogitationes 21. C. eod. & l. cum patr. 77. §. euictis 8. ff. de legat. 2. in quibus legibus parenti permiſſa eſt illibata diuiſio, modo filios legitima portione non defraudet. Quarto accedit textus in præallegata Nouell. 107. cap. 1. vbi Iuſtinianus iubet parentes deſignationem vnciarum facere, ſicque cuique liberorum ſuam portionem aſſignare. Quod ſane abſurdum iudicari poſſet, ſi liberi æqualiter inſtituẽdi eſſent. Poſtremo pro eadem concluſione facit, quod alioquin hæc inueſtigatio (an parentis teſtamentum imperfectum inter liberos ſeruandum ſit) nullam afferret vtilitatem. Nam ſi liberi æqualiter ſunt inſtituendi, nil referre videtur, vtrum ſeruandum ſit, nec ne, teſtamentum. Si enim ſeruandum ſit, æqualiter ſuccedent defuncto parenti: ſi vero non ſit ſeruandum, ſimiliter ab inteſtato æquis portionibus vocabuntur. Fachin. d. lib. 4. controuerſ. iur. cap. 2. verſ. ego ſane in priorem, &c.

n *piæ* n *cauſæ, ſi reperiatur ſchedula ſcripta manu defuncti, abſque teſtibus, in qua de bonis ſuis diſponat ad pias cauſas? dixi ſupra quæſt. 7. verſ. Aliquando enim.*

23 Huic traditioni non repugnat. d. l. fin. † in princ. ibi, pares videntur eſſe, C. famil. erciſc. ex qua diſſentientes colligunt, parem, ſiue æqualem inter filios hæreditatis diuiſionem debere eſſe. Illa namq; legis verba (pares videntur eſſe) non de paritate, ſeu æqualitate portionum, ſed potius de pari ſuccedendi iure ſunt accipienda. Quaſi dicat Conſtantinus Imp. inter omnes hæredes ſuos, hoc eſt, liberos, qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares eſſe videntur: id eſt, pares in ſuccedendo, veluti filius, & nepos ex filio præmortuo. (Hi quippe pares ſunt in ſuccedendo, licet non ſint in eodem gradu) inter omnes, inquam, hos, qui pariter ſuccedunt ab inteſtato, patris vltima voluntas cuſtodienda erit, etiamſi ſolemni teſtam. non contineatur. Atq; ita recte gloſſa ibi, ſuper verbo, pares, textum interpretatur. Alias etenim, ſi de æqualitate portionum intelligeretur, ſibimetipſi aduerſaretur: eo quod deinceps ſenatuſconſulti Trebelliani auxilium conſiderat.

24 Sic quoque † non reſiſtit, quod inter liberos æqualitas ſit ſeruanda, quæ amicitiam paret; diſparitas vero diſcordiam & ſimultates, argu. l. inter filios, 11. C. famil. erciſc. auth. in ſucceſſione C. de ſuis & legitimis liberis Nouell. 22. c. 28. verſ. hanc itaq; partem, &c. l. cum oportet. 6. §. non aũt in fin. C. de bon. quæ liberis, &c. & l. maximum vitium, 4. C. de liber. præt. Quoniam iſta, & ſimilia iura procedunt, ſi non ſit expreſſa voluntas patris teſtantis in contrariũ. Si quidẽ in dubio duntaxat lex vult ſeruari æqualitatem inter liberos, l. vt liberis 17. ibiq; Bald. nu. 1. C. de collationib. Etiam ante oſtenſum eſt, licere parentibus plus vni filiorum, quam alteri relinquere, ſi modo legitimam cuique portionem relinquant, d. l. parentibus 8. vbi Iaſon, C. de inoffi. teſtam. & iuribus ſimilibus allegatis ſupra num. 22. *Harprec.*

n *Piæ cauſæ.*] Adde & per Dec. in c. ſcripta, num. 14. de fide inſtrum. vbi quod non. *Giach.*

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Plura eſſe militum priuilegia in condendis teſtamentis.*
2 *Et an requiratur teſtes eſſe rogatos.*
3 *Et in teſtamento militis poſſit mulier pro teſte interuenire.*
4 *Et an huiuſmodi priuilegia competant militibus etiam non exiſtentibus in expeditione.*
5 *Et an competant alijs perſonis exiſtētibus in caſtris, nō tamen militantibus.*

Ex Additionibus.

1 *Qui Auctores de militum priuilegijs ſcripſerint.*
2 *An & quatenus in teſtamẽto militis teſtes debeant eſſe rogati.*
3 *Militis teſtamẽtũ ex nuda, ſiue ſola ipſius volũtate ſuſtinetur.*
4 *Quæ voluntas dicatur nuda, & ſola.*
5 *Libera teſtamenti factio militibus conceſſa.*
6 *Explicatur §. plane. 1. Inſt. de militari teſtam. & l. diuus, 24. ff. de teſtam. milit.*
7 *Verba narratiue tantum, non diſpoſitiue poſita, nihil probant.*
8 *An in teſtamento militari mulier teſtis eſſe poſſit.*
9 *In teſtamento militis omnis ſolemnitas iuris ciuilis remiſſa.*
10 *Homo nomen generale eſt, vtrumq; ſexum complectens.*
11 *Milites, in expeditione agentes, priuilegijs militarib. fruuntur.*
12 *Quando milites in expeditione degere dicantur.*
13 *Pagani teſtamentum in procinctu, ſiue loco hoſtili quoquo modo factum, valet.*
14 *Ceſſante priuilegij cauſa ceſſat & ipſum priuilegium.*
15 *Num milites noſtri temporis gaudeant priuilegijs militaribus.*
16 *Hodie in bellis licitis non minore, quam olim, diligentia, & labore eſt opus.*
17 *Ob quam rationem militibus ſolemnitates iuris communis ſint remiſſæ.*